

## Pars prima de vniuerso.

Quattuor em sunt numerositate virtutes  
 et videtur esse principales in anima humana  
 Si quis vero dixerit virtutem gressibilem esse  
 velud vnā ex homini lineis vicis que a virtute  
 vitali prenditur in deorsum. Virtus vero  
 operatiua artificiorum vel aliorum quorum-  
 cunque necessariorum prenditur in vtrūque la-  
 tus ad instar brachiorum et indubitanter in  
 brachijs et manibus est virtus homini. Vnde  
 non leue argumentum humane salutis et re-  
 formationis in homini figura possint lex et  
 doctrina christianorum quam reformatio forme  
 siue formatiōi respondere debet atque con-  
 gruere. Quia igitur plato motum circularē in-  
 tellerit esse primū ac nobilissimū motum  
 et hūc opinatus esse difformēz vnū siue  
 eundem et diuersum siue rectā et obliquū  
 iuxta sermones Aristotelis formā congruentē huius  
 motibus et figuris eorum posuit anime mū-  
 di superioris quasi ex aīa potentialiter iux-  
 ta exempla posita apud primā suū virtutē  
 ac persistentissimā esset vna et eadē et poten-  
 tialiter circularis hoc est potēs naturaliter  
 in motū circularēz homini posuit ex ea pri-  
 mū motum eē illum rectum scilicet vnū et eū-  
 dem et equalem in quo nulla diuersitas.  
 Scōe vero parū posuit similiter formā cir-  
 cularem sed diuersam atque obliquatam vt  
 pote in motum obliquū multisque diuersi-  
 tatibus obnoxium naturaliter potentē. Su-  
 per huius que de motibus ipse sensit et seq-  
 ces eius audiuit contra dictionem. Que  
 si vera est neque secundum veritatē neque secundum para-  
 bolam stare potest positio hec platonis.  
 Audiuit etiam intentionē meā in hoc hoc  
 est in motibus celestibus prout sustinuit bre-  
 uitas capituli Audiuit perbatiōes  
 et ymaginatiōes tholomei  
 Ex quibus omnibus facile est tibi destruere hanc  
 positionē platonis et ex huius que audiuit  
 a me hic licet adiuuet parabolas eius ex  
 emplis quibus potui et ista sufficere arbi-  
 tro: hic vt fiat tibi certitudo de ista positi-  
 one platonis tam famosa et que tam profunda  
 et a grecis et a latinis vsque hodie hētur  
 Trum autē mundus ille superior  
 animal vnū sit an plura et vtrum  
 celi ipsi animati sunt et an anime  
 eorum rationales apud Aristotelē et seq-  
 ces eius determinatū habetur et etiā apud  
 multos ex ytalicis philosophis doctrina  
 vero hebreorum atque christianorum hacten-  
 talia non curauit. Gens em hebreorum cō-  
 tenta solebat esse libus sui legis et pphē-

tarum a tempore aut multo ad fabulas  
 in credibiles sue cōuertit et illis se totalitē  
 dedit paucis dūtaxat exceptis qui cōmū-  
 xti genti sarracenorum phati sunt. Gens vero  
 christianorum virtutibus et sanctitati atque ve-  
 nerationi creatorū totaliter se subiciens  
 philosophiā ad modicū amplexata est nisi  
 quantum erraneorum peruersitas et insipi-  
 entium contradictio eos coegit et ad dese-  
 sionem legis et fidei et destructioni eorum  
 quibus vel salus quā sperant vel honor cre-  
 atorū impugnabatur. Et de animabus  
 suis homines huius legis solliciti animas  
 celorum atterere noluerit pro eo scilicet quod nec  
 professioni eorum nec saluti scientia earum  
 pdesse vel ignorantia earundē obesse vi-  
 sa est ipsis et siue mundus ille animal sit  
 vnum et siue celum animal siue celi aīa  
 horret tamen gens illa hoc tanquam mō-  
 strum. Sic penitus ignotū et tanquam noui-  
 tatem de qua ad se nihil pertinere arbitrat  
 stupet et etiā refugit quāquam aliquis de no-  
 bilioribus ac sapientioribus inter doctores  
 gentis illius ignorantiam eius in quodam  
 libro suo non erubuerit confiteri et in alio  
 etiā hoc se dubitare dixerit Credere igitur  
 in parte ista Aristotelis vel cui vis alij nihil picu-  
 li est legi vel fidei vel doctrine christiano-  
 rum. Illud autē non leue piculū huius vicis sen-  
 tire de aīabus illis quod gubernatrices sint  
 rez inferiorum et maxime humanarū et hoim  
 Similiter et quod effectrices sunt siue per se siue  
 per corpora sua euentū humanorum legumque  
 perfectarū vel aliorum que astronomi posuerit  
 eis nec mihi etiā videtur vllomodo quod si-  
 gna sint rerum homini neque per rebus huma-  
 nis nullomodo cōsulenda corpora celestia  
 et de hoc audisti intentionē meam iam in  
 multo capitulis. Illud cū dubitandū tibi  
 non est quia si celi vel animati vel etiam  
 aīalia sunt animabus eorum naturaliter cō-  
 missum est regnū corporum suorum et motū.  
 In alia vero nihil ad eos de gubernatio-  
 ne naturalit. Nihil em faciunt eorum que  
 sunt gubernatorum siue rectorum quam ne le-  
 ges condunt neque promulgant nec quicquam  
 precipiunt aut prohibēt neque consulūt aut  
 suggerūt neque suadent aut disuadent quod-  
 quam Quare genus humanū arbitrio suo cō-  
 missum est et gubernationē cum adiuto-  
 rijs que sunt ei a parte creatorū propter natu-  
 ralia. Sicut sunt iudices reges principes et  
 consules et magistratus consiliarū et do-  
 ctiores. Sacerdotes et sacerdotum ob-